

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[De Decem Tentationibus Pupuli Israelitici]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- A** latoris, emendati esse perhibentur: & nō tam in eis peccati crimen arguitur, q̄ uelox cōuersio in pœnitētiā celebritate laudat̄. Cui rei simile etiā in Ezechiele dñs noster dicit de leuitis. Qui pri/ mi a me exierūt, cum errasset Israel. Ipse quoq; pontifex ad suggestionē populi idolum fabrica uit, pro quo orans Moyses, fraterno liberatur auxilio. Sed dicis forsitan: Adhuc nec leuitæ san/ ctificati erant: nec pontifex consecratus, cum istius mali crimen cōmissum est. Non contradico peritiā tuā, quā ex scripturarū uoluminibus cōcepisti. Tamen sic possem respondere tibi secū/ dum apostolicam sententiam, qua loquitur ad Hebræos: quia in Abrahæ lumbis latens Leui: decimas a Melchisedec accepit & dedit. Aut ip̄e Aaron: quid tibi minus uidet̄ habuisse de pon/ tificali honore uel gradu, cum Aegyptios signis percussit horrendis, & egrederetur nocte cū po/ pulo & sanctum pasca celebrauerit. Scimus autem quia sine sacerdote pasca non potest celebra ri. Sed pratermissis his interrogare te uolo: quid erat Aaron cum aduersus Moysen inuidiæ ui/ rore percussus, iūcta sibi Maria murmurauit. At fortasse dicas: minus est inuidia q̄ fornicatio. Lege ergo beatum Apostolum, qui dicit: Neq; fornicarij, neq; inuidi, neq; maledici, neq; auari, neq; detractores, regnum dei consequentur. Vides ubi uelut æqualia sibi similiaq; iunguntur: quæ ad cœlorum regna non subeunt. Et aduerte cuius pœnæ sententiam mereatur inuidia: pro qua prophetissa Maria lepræ fœditate percutitur: uel cuius auaricia, pro qua Giegi Helisæi mi/ nister simili sorte damnatur. Tu ergo qui auarum non detestaris, qui inuidum non refugis: for/ nicatorem fratrem, & ad tempus ruentem, æternæ mortis pœna condemnas. Nec ideo hoc dici mus: ut peccandi frena laxemus: Sed aduertat q̄ quis hæc legerit: quia nō uiuētibz loquimur: sed mortuum consolamur. Deniq; resurgat: & uidebis, quia statim ei trademus psalmistæ uer/ sum dicentis: Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Accipiat ergo uirgam correptio nis & baculum quo sustentari possit infirmus. Ita enim intelligimus Apostolum: Quia neq; in/ uidi, neq; fornicatores, neq; auari, neq; aliena appetentes, regnum dei possidebunt: id est, quos in hoc uitio tempus recessionis inuenerit. Quia alibi dñs dicit: Vnūquēq; in uis suis iudicabo. Et ipse Apostolus ait: Quales antea fuerint, nihil mea interest. Et in epistola sua beatus Iohan/ nes, orari mandat pro fratre qui non habet peccatum usq; ad mortem. Credo qui non usq; ad
- B** extremum uitæ finem, peccatorum suorū malis fuerit subiectus. Nam de leuitis, quod superius dixeris nō eos fuisse sanctificatos q̄ tamē peccatis fuere polluti, quid tibi uidetur illud in beati Esdræ libris: ubi reuersi de captiuitate Babylonis: & restructis nuper templi dñi fundamentis: non solum plæbs uulgi, uerum & sacerdotalis familia: & illius Iesu magni, inuenitur mulieribus alienigenis: hoc est Syris, Idumæis, Moabitis, & Ammanitis esse permixta. Qui tamen omnes peccati eiusdem accipientes consilium Esdræ: & reijcientes mulierum alienigenarum consortia, forde caruerūt. Vnde uides, quia sicut peccati cōtagione maculamur: ita expulsiōe ei⁹ abluimur.

CENSURA EPISTOLAE SEQUENTIS.

Stilus est alicuius recentioris. Apparet fragmentum esse decerptum ex commentarijs alicuius: nam & abruptum est initium, & similiter desinit ut incipit. Neq; uideo cur quisq; hoc existimari Hieronymo tribuendum, nisi forte deceptus hac coniectura, quod interpretatur aliquot uoces hebraicas.

DE DECEM TENTATIONIBVS POPVLI ISRAELITICI.

Hæc sunt uerba quæ locutus est Moyses ad omnem Israel, in transitu Iordanis, in solitudine campestri: contra mare rubrū inter Pharā, & Tophel & Laban & Ha/ zeroth & auri abundantiam: undecim dierum iter de Horeb ad mōtem Seir usq; Cades barne. Hæc sunt uerba quibus corripuit Moyses filios Israel pro decē ten/ tatiōibus q̄bz dñm tentauerūt. Vnde dñs in libro Numerorū dicit: Attamen om̄es hoīes qui uiderunt maiestatem meam: & signa quæ feci in Aegypto, & in solitudine, & tentauerunt me iā per decem uices, nec obedierunt uoci meæ: non uidebunt terram pro qua iuraui patribus ipso/ rum. Quas tentationes hic breuiter & obscure Moyses enumerat, dicens: In solitudine, in qua ostendit eos pro aquæ penuria duabus uicibus tentasse dominū. De prima tentatione ita in Exodo legitur: Iurgatus populus contra Moysen ait: Da nobis aquam ut bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgamini contra me: cur tentatis dominum? De secunda tentatione

P ita in

- C** ita in libro Numerorū dicitur: Cūq; indigeret aqua populus &c. usq; ad eum locum in quo ait: Hæc est aqua contradictionis, ubi iurgati sunt filij Israel contra dñm & sanctificatus est in eis. Tertia tentatio continet, in eo quod ait: In cāpestri contra mare rubrū: in quo loco murmurasse dicuntur contra dñm: quia perimēdos Aegyptios esse Moyse non crediderunt, sibi de uerbo dñi dicēti: sed potius eos se subsequi timuerūt. Vnde dicit in psalmo: Patres nostri nō intellexerunt mirabilia &c. Quarta & quinta tentatio, continetur in eo quod ait: Inter Pharā & Tophel & Labā. Pharā interpretatur, onager. Tophel, stulticia. Labā, album. Quod ita intelligitur, quia similes onagro facti, filij Israel stulte egerunt tentantes dominū duabus uicibus, super albo, id est, super manna: Māna uero albū dicitur: ut est illud Exodi: Appellauitq; domus Israel nomē eius Man, quod erat quasi semen coriandri album. Vna tentatio fuit super eodē manna: sicut in Exodo dicitur: Hic est sermo quē præcepit dñs: colligat ex eo unusquisq; quantū sufficit ad uescendū: Et post pauca. Dixit ad eos Moyse, nullus ex eo reseruet in mane. Qui nō audierunt eum, sed dimiserunt ex eo quidam usq; mane. Altera fuit tentatio, de qua post pauca in eodem loco dicitur: Sex diebus colligite: in die autem septima sabbatum est dñi, idcirco non inueniet. Venit autem septima dies: & egressi de populo ut colligerent, nō inuenerunt. Dixit autem dñs ad Moysem: usq; quo non uultis seruare mandata mea & legem meam &c. Sexta tentatio continet in eo quod ait, & Hazereth. Hazereth uero ciuitas est solitudini uicina, & interpretatur uilula: in cuius territorio, id est, in sepulchris cōcupiscentiæ, facta fuisse legitur secūda tētatio carniū, in qua etiā prima tētatio carniū cōplectitur. De prima ita in libro Exodi legit: Dixerūt Moyse & Aaron ad oēs filios Israel: Vespere sciētis quod dñs eduxerit uos de terra Aegypti, & mane uidebitis gloriā dñi. Audiuit em̄ murmur uestrū, nec cōtra nos est murmur uestrū, sed cōtra dñm. Et post pauca. Locutus est dñs ad Moysem, dicēs: Audiui murmuratiōes filiorū Israel: Loquere ad eos: Vespere comedetis carnes & mane saturabimini panibus, sciētisq; quod ego sum dñs deus uester. Factū est ergo uespere, & conscendens coturnix operuit castra. De septima autē tentatiōe in Numeris dicitur: Interea ortum est murmur populi, quasi dolentiū pro labore cōtra dominū. Quod cum audisset iratus est, & accensus ignis dñi deuorauit extremā partē castrorū. Et post pauca: Sanctificamini, cras etem̄ comedetis carnes. Ego autē audiui uos dicere, quis dabit nobis escas carniū? Bene nobis erat in Aegypto. Dñs em̄ dabit uobis carnes & comedetis, nō uno die nec duob; uel quinq;, aut decē, aut uiginti quidē: sed usq; ad mēsem dierū, donec exeat p nares uestras, & uertatur in nausē, eo qd reppuleritis dñm, q in medio uestri est: & fleueritis corā eo, dicentes: Quare egressi sumus de Aegypto? Itē paulopost: Adhuc carnes erāt inter dentes eorum: nec defecerat huiusmodi cibus: & ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Octaua tentatio continetur in eo quod ait: Vbi auri est plurimum. Notandū nāq; quod in Hebræo, & abundantia auri habeatur. Abundantia autē auri intelligitur uitulus aureus, quem fabricati sunt filij Israel sibi in deos, morante Moyse cum domino in monte Sinai. Idcirco abundantia auri dicitur, quia in idolo moles omnium peccatorum consistit, & idolum pro omnibus peccatis abundat. Nona tentatio continetur in eo quod ait: Undecim diebus de Horeb per uiam montis Seir. Quod in Hebræo ita habetur: Undecim diebus iter de Horeb ad montem Seir. Fabricato itaq; in Horeb idolo, undecimo die uenerunt ad montē Seir, qui est in suburbano ciuitatis Cades barne, ubi filij Israel tentauerunt dominū: sicut in libro Numerorū scribitur: Vsq; quo multitudo hæc pessima murmurat cōtra me? Quarēlas filiorū Israel audiui. Dic ergo eis: Viuo ego dicit dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam uobis. In solitudine hac iacebūt cadauera uestra. Et post paululū. Iuxta numerū quadraginta dierū quibus consyderastis terram, annus pro die computabit: quadraginta annis recipietis iniquitates uestras: & sciētis ultionē meā, quoniā sicut locutus sum, sic faciam huic multitudini pessimæ: quæ consurrexit aduersum me: in solitudine hac morietur & deficiet. Item: Locutus est Moyse uniuersa hæc ad filios Israel, & luxit populus nimis: & ecce mane primo surgētes ascenderunt uerticem montis, & dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum, de quo locutus est dominus, quia peccauimus. Quibus Moyse: Cur, inquit, transgredimini uerbum domini, quod uobis non cedit in prosperum? Nolite ascendere, non em̄ est dominus in medio uestro,

ne corruiatis